

Joachim Schnobel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Schnobelius,
I.U.D. & Professor Ad exequias, Quas Matronae honestissimae Annae Havemans/
Dn. Ernesti Sibrandts/ Senatoris quondam huius Civitatis spectatissimi Relictae
Viduae, Hodierna ... parabit, Omnes & singulos Academiae Cives ... invitat**

Rostochii: Kilus, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858945>


Druck Freier  Zugang




Schnobel, J.,
in A. Haveman,
uxor, E. Sibrand.

Rostock, 1649.

37.





PROGRAMMA

91.

Quo

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOACHIMUS SCHNOBELIUS

J. U. D. & Professor.

Ad exequias,

Quas

Matronæ honestissimæ

ANNÆ Gabemans /

D. N. ERNESTI Sibrandæ Senato-

ris quondam hujus C

speçtatissimi

Relictæ Viduæ

Filius moestissimus

Hodierna PRIMA in templo Mariano ritu
solenni parabit.,

*Omnes & singulos Academia Cives humaniter
& officiose invitatur.*

••(o)••

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typographi

ANNO M. DC. XLIX.

172



RECTOR
 Universitatis Rostochiensis
JOACHIMUS SCHNOBELIUS
 J. U. D. & Professor.



um duabus homo constet partibus, ANIMA & CORPORE, utriusque quidem ad totius conservationem ratio est habenda, sed ita, ut illius cura nobis sit potissima. Negari verò non potest, præpostere à plerisque hic agi, & maximam vitæ partem in iis, quæ corpus concernunt, consumi: Animæ autem, ut illi nunc & in æternum bene sit, curam vel penitus negligi vel oscitanter admodum posthaberi. Quotus enim quisque Servatori optimo maximo dicto audiens omnium primò regnum quærit Dei, ut illius in hac vitâ statim particeps sit anima, & hanc justitiâ divinâ exornare studet, ac deinceps cætera externa, quæ corpori necessaria, sibi vel dormienti coelitus adjectum iri credit? Cui verò non in ore, & si non in ore, tamen in corde est illud:

ô Cives

571.

O cives, cives, quarenda pecunia primum;

Virtus post nummos?

Hos enim ut sibi in præsidium imbecillæ senectutis & corporis alimentum perpetuò suffecturum acervatim congerant ac corradant, summâ pleriq; contentione & ardore, ut putant, honesto allaborant, nulli parcunt operæ, nullum extimescunt periculum, nullas recusant molestias. Sic etenim videas, quod

Impiger extremos currat mercator ad Indos

Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Et eo animo cæterorum ordinum fermè qui sunt, Agricolaë, Milites, Cives, Docti pariter ac indocti certatim, cum assiduâ æmulatione & livore pro corpore jugiter solliciti, ne quid illi vel alendo vel exornando desit, in opibus congerendis miserè desudant, & ad rem unicè sunt attenti. Mordicus enim illud Hesiodæum & Aristophanis, quod Sanguis & Anima hominibus sit Pecunia, eamq; non possidens, velut mortuus inter vivos obambulet, statuunt. Econtrariò verò tot monitis divinis, Unum (curam scil. animæ ejusq; felicitatem) esse necessarium: vitam non in eo, ut quis multos auri argentiq; acervos vel granaria frumento repleta, sed ut thesauros cœlestes animam ditantes possideat, ac in DEO dives sit, consistere;

tatem ^{vel} ^{aut} ^{tempore} ^{maximo} maximum lucrum: salutem
animæ cum timore & tremore insatiabiliter
quærendam esse, & similibus surdas aures præbent,
& parum admodum, quasi aniles essent fabulæ, au-
scultant. Adeò vel propter hanc perversam & præ-
posteram vivendi rationem exclamare cum Poë-
ta licet.

*ô cæcas hominum mentes! ô pectora cæca!
qualibus in tenebris quantisque erroribus ævum hoc
degitur!*

Agnoscit hanc curarum humanarum vanita-
tem & mentium cæcitatem etiam Psaltes regius,
dum terrenos hosce instar umbræ incedere, & cir-
ca meras vanitates inquieto animo vagari alicubi
dolet. Uti verò horum sollicitudines & curæ in lon-
gitudinem vitæ semper ordinatæ per se vanæ cum
ipso corpore concidunt ac confunduntur; ita qui
rectius sapuerunt, & animæ saluti quærendæ addi-
di nihil habuerunt prius & antiquius, quàm ut fi-
dem in CHRISTUM bonis ubiq; operibus osten-
derent, Deo unice placerent, & in æternum cum
ipso viverent, corpore velut animæ hospitio per
mortem deposito ad veram vitam transeunt, & fi-
dem veritatemq; dictorum ac promissionum Dei,
quæ piis passim in sacris litteris factæ sunt, supra
spem & cogitationem sibi impleri experiuntur.

Ex illo-

Ex illorum numero, qui animam corpori, cœlestia
terrenis, immortalia caducis tã cautè, præponunt,
& per mundana hæc ita, ut sese ab illis ^{Αωιδεο} con-
servent, feliciter transeunt, non dubitamus etiam
fuisse Matronam honestissimam **ANNA M Havemaus** Dn. **ERNESTI Sibrandes**/Senatoris quon-
dam hujus Civitatis spectatissimi relictam Viduam,
cui hodie justa futura sunt. Ita enim Parentes, à
quibus **Cropelini** Anno prioris seculi 78, in hanc lu-
cem felici partu edita fuit, eam ab ineunte ætate ad
studium veræ Pietatis, ad regnum Dei quærendum
& curam animæ ac æternæ salutis omnibus aliis
præferendam quàm diligentissimè adsuëfecerunt
& educarunt. Habuit autem Patrem virum pro-
bum & Prudentem **Hans Haveman** prædicti oppi-
duli Consulem; Matrem fœminam honestam
Annam Krögers. Avus ei Paternus fuit patri co-
gnominis **Hans Haveman** Illustrissimi & Celsissi-
mi Principis DN. **ULRICI Ducis Megapolita-**
ni b. m. Equarius; paterna **Anna Kohß**: Avus ma-
ternus **Pavel Kröger** Civis quondam **Wismarien-**
sis; Avia materna **Catharina Negendances**. Hisce
parentibus procreata & ita, uti dixi fideliter ac piè
educta, ubi annum ætatis vigesimum primum, qui
erat Christi 1599. ageret, Civi & Cerevisiario hujus
urbis **Arend Berends** in matrimonium elocata fuit,
A 3 quod

quod quarto post anno per obitum mariti dis-
solutum, non tamen infœcundum fuit. Duas quip-
pe ex primo hoc marito peperit filias U R S U-
LAM & ANNAM, quarum illa, cum teneræ
adhuc esset ætatis, obiit: hæc diutiùs servata & ad-
ultam nacta ætatem Viro Reverendo & humanif-
simo DN. CONRADO HUSWEDELIO
Ædis D. GEORGII Pastori quondam vigilan-
tissimo nupsit, sed elapso quadriennio, relicta
unicâ filiâ CATHARINA primò NICOLAI
Zhnfen/ post ejus obitum NICOLAI Piets Civ-
vis ac Cerevisarij adhuc cum ipsa post duas filias
denatas viventis uxore, fati concessit. Cum igitur
emortua nostra annos aliquot viduitatem
ejusq; molestias tolerasset, Anno 1607. die Ja-
nuarii 19. nuptias secundas cum DN. ERNESTO
Sibranden Senatore hujus urbis prudentissimo
contraxit, eumq; divinâ benedictione annu-
ente trium filiorum & duarum filiarum Paren-
tem fecit. Filiæ DOROTHEA & CATHA-
RINA gemellæ, ubi vix decem dies vitalem hanc
auram quasi gustaverant, è numero vivorum sunt
sublatæ: Duo etiam filii HINRICUS
J. U. D. & JOHANNES in beatorum confor-
tium præcesserunt. Superest filius & heres emor-


tuz


tuæ nostræ unicus ERNESTUS Sibrand Ci-
vis & Cerevisarius hujus urbis præcipuus, nuper,
præfecturâ ærarij hujus civitatis fideliter functus,
jam mœstissimus, ex quo unam neptem & 4. nepo-
tes procreatos vidit, duos verò saltem post se reli-
quit. Inter hosce liberorū, nepotum, & proneptū
ex hac vita lugubres decessus etiam secundi Mariti
obitu, qui Anno 1642. Martij die 17. contigit, gravi-
ter fuit contristata. Ab illo igitur tempore in vi-
duitate, ut piam & honestā decet Matronam, vitam
egit solitariam, vicissitudinum mœroris & volu-
ptatis, quas experta erat, penitus pertæsa. Tandem
ante semestre spatium morbo correpta curis mun-
danis relictis totam se DEI voluntati resignavit,
& cū binis durante morbo vicibus, etiam pri-
die ante mortem cœlesti pabulo fuisset refecta, die
13. Aprilis post nonam vespertinam annum agens
70. ex hac valle miseriarum summo cum prolu-
bio & desiderio in cœlestem piè emigravit pa-
triam. Cui beatæ jam Matronæ Senatoris ordi-
ni nostro litterario bene faventis Viduæ ut supre-
mum, qui exuviis ejus terræ matri reddendis
debetur, ut exhibeatis honorem, Cives Acade-
mici, eâ qua par est, diligentia à vobis contem-
do. Agite igitur in templum Marianum hodi-

ernâ

ernâ PRIMA frequentes confluite, exequias
vestrâ præsentia cohonestate, & mortalitatis ve-
stræ memores ad beatam immortalitatem pio
desiderio ac studiis aspirate. P. P. Rostochii
XII X. Aprilis Anno ∞ Ibc XLIX.







Ex illorum numero, qui animam corpori
terrenis, immortalia caducis tā cautē, præ
& per mundana hæc ita, ut sese ab illis
servent, feliciter transeunt, non dubitam
fuisse Matronam honestissimam ANNA
mans Dn. ERNESTI Sibrandes/Senato
dam hujus Civitatis spectatissimi relictam
cui hodie justa futura sunt. Ita enim Pa
quibus Cropelini Anno prioris seculi 78, in
cem felici partu edita fuit, eam ab ineunte
studium veræ Pietatis, ad regnum Dei qua
& curam animæ ac æternæ salutis omni
præferendam quàm diligentissimè ad sue
& educarunt. Habuit autem Patrem vi
rum & Prudentem Hans Haveman præd
duli Consulem; Matrem fœminam h
Annam Krögers. Avus ei Paternus fun
gnominis Hans Haveman Illustrissimi &
mi Principis DN. ULRICI Ducis Me
ni b. m. Equarius; paterna Anna Kohes:
ternus Pawel Kröger Civis quondam W
sis; Avia materna Catharina Negendanc
parentibus procreata & ita, uti dixi fidel
educta, ubi annum ætatis vigesimum pri
erat Christi 1599. ageret, Civi & Cerevisi
urbis Arend Berends in matrimonium el

A 3

